

num & murmurare de malo cuius actus aliquando dicitur conscientia per quam iudicamus actu aliqd esse faciendum vel non faciendum. Quandoq; etiā sinderesis vocatur conscientia vel naturale iudicatum. Per hec patet respōsio ad dubium quo queritur an scientificum quo anima speculatur necessaria & ratiocinatum quo rōcinatur circa contingētia sunt diuerse potentie siue diuerse partes anime. ad qđ respondet Sanc. Tho. vi. eti. q. contingētia dupliciter possunt cognosci vno modo secundum rationes vniuersales que sunt immutabiles / & sic pertinent ad scientias demonstratiuas / quia phisica est de corruptibilibus & sic contingētia pertinent ad intellectum. alio modo possunt capi contingētia secundum qđ sunt in particulari & sic cadunt sub potētia cogitativa que propter hoc dicitur ratio particularis vel intellectus passiuus qui est corruptibilis & cognoscitiuus singularium contingētiarum de quibus est consilium & operatio. Unde & prudentia videtur quibusdam esse in potentia sensitiva cogitativa / vnde non est scientia quia est singularium. vt dicit phi. sicut sensus & secundum hoc videtur qđ conciliatum & scientificum distinguntur realiter quia conciliatum est de singularibus que cadunt sub sensu. Sed contra hoc obiicitur quia prudentia secundum philo. est habitus intellectualis. ergo est subiectiue in intellectu & non in potentia cogitativa. Forte dicit qđ cogitativa dicitur intellectus. Contra voluntas non mouetur a potentia cogitativa & tamē mouetur per actum prudentie & cōcilij. Itē prudentia est in intellectu practico qui est idem realiter cū speculatiuo / ideo dicitur qđ intellectus ē cognoscitiuus particularium per reflexionem vt supra dictum est / et ideo dicendum est qđ prudentia licet sit circa contingētia tñ est in intellectu. Sed nōne sciētia etiā speculatiua est de contingētibus videtur qđ sic / qđ phisica est de tonitruis & prudentia aliqñ est de necessarijs vt qđ non est peccandum videtur ergo qđ scientificū & cōciliatiuum vel ars est de contingētibus. Dicendū qđ scientia speculatiua non est de cōtingētibus in nostra potestate existentibus vt sic vel sic fiunt sicut est de obiecto prudentie. Notandū tamen qđ licet intellectus speculatiuus & practicus nō differant habitus / tñ speculatiuus & practicus realiter distinguntur qđ sciētia moralis realiter distinguitur a phisica. ¶ Sed dubitatur an intellectus speculatiuus semper sit circa eternum vt videtur dicere phi. vi. ethi. et. i. poste. & de hijs dictum est. i. phi. q. sic ppter necessariam habitudinem inter passionem & subiectū. vnde Sanctus Thomas dicit. i. parte. q. lxxxvi. ar. iij. Si attendantur rationes vniuersales sensibilius omnes scientie sunt de necessarijs. Si autem attendantur ipse res sic quedam sciētia est de necessarijs & quedam de contingētibus vnde phisica dicitur eē de corruptibilibus incorruptibiliter / quia rei naturali conuenit esse mobile immobiliter & necessario / sed Contra sic etiam singulare diceretur necessariū quia fortes necessario est corruptibilis sicut homo forte negas / quia re corrupta non potest amplius corrumpi nec est generabilis vel illa passio non conuenit singulari per se primo. Quidam dicunt scientificum esse de necessarijs quia res sunt eterne sicut suas essentias. Sed contra nō solū sciētia habetur d causa sed etiā de effectu vnde effectus cognoscitur per causam vt patet i tonitruo & pluuia que est aque de nubibus guttatim cadens. Alij dicunt qđ scientia est necessarium quia est de vniuersalibus que sunt in

generabilia per se. Aliqñ tamen sunt corrupte per accidens. Sed querit an tunc de facto sit de ipsis sciētia. Forte dicit qđ non quia scientia requirit conformitatem & adæquationem ad res scibiles quia scientia non est nisi de veris. Veritas autem consistit in adæquatione intellectus sed res qđ nō est nō cōformatur intellectui. Sed p. astrologus habet sciētia de eclipsi dato qđ nō sit / & de vacuo habet sciētia licet non sit. ¶ Tertio dubitatur an intellectus actiuus & intellectus factiuus distinguntur. Dicendum qđ nō. Pro quo notandū qđ actio & factio qñq; sumuntur generaliter pro vno predicamēto. Sed specialiter actio pertinet ad prudentiam factio autem ad artē. Quidam dicunt qđ factio est que transit in exteriorē materiam vt edificatio. actio autem manet in agēte vt intellectio. Sed contra actus fortitudinis transit in exteriorē materiā & actus liberalitatis. Itē multe operationes imanētes pntinent ad artes quia actus elicitus ab arte pertinet ad artē & est opatio immanens scz actus intellectus. Alij dicunt qđ factiones sunt operatiōes quibus aliquid fit preter vsum vt edificatio. In actione autem proprie dicta nil relinquitur post operationē vt patet in visione. S3 practharizare est factio & tñ est tñ opatio vnde videtur qđ aliquando prudentia & ars sunt circa idem vt videtur in prudentia militari. Et ideo actio & factio nō semp realiter distinguntur. alij dicunt qđ actio dicitur operatio p qđto procedit ab electione factio autem respicit operationem exteriorē & non electionem. ¶ Trum autem intellectio debeat dici actio vel praxis dictum est primo phi. Et vtrū actus ipsius artis debeat dici actio p qđto dirigitur a prudentia. ¶ Contra hec ar. Pro qđ rō & intellectus distinguntur. qđ vnū potest reperiri sine alio. Tum quia potētia cogitativa discurrit & per pñs ratiocinat. Tum qđ in angelis reperitur intellectus. & tamen in ipsis nō est ratio / quia non discurrunt sed per spēs influxas oia intelligūt. Forte dicit qđ nō seqtur intelligūt p spēs influxas simul pmissas & cōclusionē ergo nō discurrunt qđ hō in pño instanti vsus rationis p habitus infusos vel alio modo p debilitare de agibilibus qđ possibile est in instāti discurrere qđ deliberatio est qđā discursus. Itē enthimema forat in instāti i quo assentio aīcedēti & pñe. Secdo ar. qđ intellectus practicus & speculatiuus dñt realr. qđ habitus practicus & speculatiuus dñt realr. qđ hñt diuersa obiecta. s. speculabile & opabile. s3 ista ead sunt obiecta intellectus practici & speculatiui qđ intellectus practicus & speculatiuus dñt realr. Itē posse sanari & posse infirmari nō sunt vna potētia sicut phi. iij. phi. q. nec posse intelligere speculabile & opabile. tertio diuersorū sicut gen. nō est potētia penitus vna. s3 intellectus speculatiuus respicit necessaria practica aut pñgētia. Corruptibile aut & i corruptibile gñe differūt. Itē potētie distinguntur p actus sed intelligere spectabile & opabile sūt diuersi actus. Forte dicit qđ cōueniūt i hoc qđ ē intelligere. Contra tūc posset dici qđ sentire & opinari eēnt in eadē potētia qđ pueniūt i hoc qđ est cognoscere. sicut videre & audire cōueniūt i hoc qđ est sentire. Forte pcedis qđ intellectus speculatiuus & practicus aliqñō distinguntur sicut rē. Contra tūc i nobis essent realitē duo intellectus possibiles & forte duo intellectus agētes. ¶ Quarto ar. qđ ratio superior & inferior sint diuersę potentie / quia moales dicunt qđ quandoq; peccat ratio inferior non peccante superiore ergo non sunt idem. Itē secundū phi. sexto ethi. scientificum & ratiocinatum sunt diuersę potētie. ergo similiter rō